

**www.e-rara.ch**

**[Doctrinale]**

**Alexander**

**[Basel], [1486]**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: UBH DB IV 8:3

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-16605>

Invocatio divini Auxilii

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# Prefatio

Iste liber diuidit̄ in tres libros partiales. In quoz prio alexāder tractat de etymologia, id ē: de ueriloquio dictionū. Nam etymologia considerat significaciones vocabulorū: declinationes, et deriuaciones: de quibus et in hoc partiali libro determinatur. In scdo libro determinat de syntaxi, id est de debita coordinacione dictionū. ibi. **U**dicubet ordo. In tertio psequitur de psodia: id est de accētū dictionū: ac syllabarum quantitate. ibi. **P**ādere, posui. Primus itaq; liber diuiditur in duas partes uidelicet proemiales et executiuas. Pars proemialis diuiditur in quattuor partes. Primo p̄mittit̄ intentum suum. ibi. **S**cribere clericulis. Secundo inuocat diuinū auxiliū pro cōpletionē operis. ibi. **P**refens huic operi. Tertio r̄pondet tacite questionī. ibi. **S**i pueri primo. Quarto ponit ordinem dicendorū, distinguendo librum suum p̄ capitula. ibi. **U**oces in primis. Pars autem executiua tangitur ibi. **R**ectis as es. Et est in generali de parte oratiōis absolute considerata. Et habet septem capitula, que patebunt scdm̄ ordinem.

Diuisio libri



**A**cribere clericulis paro doctrinale nouellis  
 Quia textus est planus: non indiget explanatione. Sed tū, p̄ forma seruanda in sequentibus sic construe. **E**go magister alexander paro scribere doctrinale id est librum dantem doctrinā: nouellis clericulis: id est scholaribus. q̄si dicat: nō p̄ p̄uctis hoc opus scribit̄: s; p̄ rudib;.  
**P**luraq; doctorū sociabo scripta meorum.  
 Construe: **E**go sociabo plura: id est multa scripta meorū doctorum: id est magistrorū. hoc dicit ad arrogantiam euitandam: ut ostēdat qd̄ scripturus est p̄stantiū uiroz et nō p̄ prius auctoritatib; ualiturum.  
**I**amq; legend pueri pro nugis maximiani.  
**Q**ue veteres socijs nolebant pādere charis.

Intentio alexandri

Id est hec p̄ se scribenda legend pueri, p̄ nugis, id est loco nugarū maximiani: qui fuit scriptor fabularum: que. i. quas res veteres. i. antiq; nolebant pandere socijs charis: qz ita charas habebant seu tenebat has nugas: ut et charissimis occultaret illas. Ideo dicit. hūc librum legend loco illarū nugarum scz fabularum.

**P**refens huic operi sit gratia pneumatis almi:

Inuocatio diuini auxili

**A**deiuuet: et faciat complere quod utile fiat.

De ore boni catholici spūs sancti gratiam inuocat dicens. **G**ra almi pneumatis: id est sancti spiritus adfit seu p̄sens sit huic op̄i: et iuuet me ad hoc opus: et faciat cōplere opus qd̄ fiat utile legentib;.

**S**i pueri primo nequeant attendere plene:

Responsio ad tacitā questioz

**H**ic tamen attendat: qui doctoris vice fungens.

**A**tq; legens pueris laica lingua referabit.

**E**t pueris etiam pars maxima plana patebit.

Quia superius dixit pueros hunc librum lecturos: et p̄ illis eundem scribere: ideo tacite respondēs questionī sic dicit. **S**i pueri nouelli nequeant prima uice attendere seu hūc librum intelligere: attēdat ille q̄ est uice fungens doctor. id est repetitor uel magister lecturus. **A**tq; p̄ et legens hūc librum pueris: referabit: id est declarabit eisdem. lingua laica: id est uulgari. postea non erit magna difficultas in libro: quia etiam sicut magistro maxima pars libri patebit plana. id est manifesta: et clara erit pueris. hoc dicit: ne timore difficultatis omittatur liber suus.

**U**oces in primis quas per casus variabis:

Ordinatio dōz Cap. primum.

**E**t leuius potero: te declinare docebo.

In ista parte incipit Doctor dare ordinē libro suo ipm̄ p̄ capitula distinguendo. Et dicit sic: **E**go docebo te declinare ut leuius potero in primis id est in primo capitulo uoces: quas variabis. i. declinabis per casus: Quasi dicat: primum capitulum erit de declinationibus nominum.

**I**stis confinem retinent heteroclitā sedem

Cap. ii.

Construe: heteroclitā nomina retinent sedem confinem id est locum proximū istis declinationibus supradictis. id est secundum capitulum erit de heteroclitis: ibi. **U**ocetibi signabis

**A**tq; gradus triplicis collatio subditur istis.

Cap. iii.

Construe. **C**ollatio id est comparatio triplici gradus subditur id est immediate subiungitur istis scz heteroclitis. id est tertium capitulum erit de comparatiuis: ibi. **U**unc gradibus ternis.

**C**uiq; sit articulo que vox socianda notabo.

Cap. iiii.

**E**go notabo que vox sit socianda cuiq; articulo id est per quos articulos queq; vox sit declinanda. i. quartum capitulum erit de generibus nominū: ibi: scz. **I**n quantum potero.